



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1709. usque ad annum 1714

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 90119266**

§. 45. Hujus decreti observantia ab aliis Ordinum Superioribus promissa.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67615)

„meliora, & apertiora, quibus veram, Sæc. XVIII.  
 „& sinceram totius Societatis mentem A. C. 1710.  
 „declararet.„

An vero amplissimis promissis sincera Sinensium Missionariorum fides atque executio responderit, dubitare licet ex eo, quod his Missionariis hanc Papæ decisionem aut suspensam aut minus legitime promulgatam obtendentibus, Pontifex anno hujus sæculi decimo quinto nova Bulla omnimodam, absolutam, integram & inviolabilem observantiam hujus decreti præcipere coactus fuerit, uti postea referemus.

## §. XLV.

*Hujus decreti observantia ab aliis Ordinum Superioribus promissa.*

Quoniam vero idem Assessor ejusdem ferme tenoris literas die decima septima Octobris ad aliorum Ordinum Superiores Generales dederat, hinc Prædicatorum, & Augustinianorum Generales, necnon FF. Minorum Observantiam & Reformatorum Commissarii Generales mox die sequenti ad Pontificis mandatum hæc responderunt: „Mandata Sanctissimi Domini „Nostri ab illustrissima dominatione vestra, per suum de die decima septima „Currentis, mihi intimata, cum de-  
 „bito

Sæc. XVIII. „bito obsequiosi animi sensu concepit  
 „A. C. 1710. „quibus sua sanctitas præcipit, ut ea  
 „occasione, qua Religiosis mei Ordinis  
 „Missionariis in China, postremum de-  
 „cretum, in caussa Rituum chinesisum  
 „publicatum missurus sum, debeam  
 „pariter notificare, quod Sua sanctitas  
 „sicut nunquam sensit primum suum  
 „Decretum de Anno 1704. esse condi-  
 „tionatum, ita vult, quod nulla sinistra  
 „interpretatio prætensæ Conditionali-  
 „tati innixa impedire queat, quominus  
 „tam illius, quam Mandatum Domini  
 „Cardinalis de Turnon exacte debeat  
 „observari. Exequor prompte iussu  
 „sue Sanctitatis, & certus sum, quod  
 „Missionarii mei Ordinis in China cum  
 „totali devotione sui, obedient, prout  
 „semper fecerunt; Et ego manus ejus  
 „reverenter exosculor. „

## §. XLVI.

*Pontificis Bulla contra Turnonii ho-  
 sies, & rituum Assertores.*

*Epist. Clem.* Interea Pontifex de Turnonii captivi-  
*XI. p. 87.* tate, Archiepiscopi Goani opposi-  
*Fattinell.* tione, & Missionariorum Pontificiis de-  
*Relat. mort.* cretis obtemperantium vexationibus  
*Turn. p. 31.* certior factus, præprimis Cardinalem  
 solatus, die vigesima octava Februarii  
 has ad eum dedit literas: „Non deessent  
 „Tibi